



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 128. Ludovicus XIII. in Franciæ Regem Rhemis inauguratus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. cisci. His rationibus Condæus Princeps  
A. C. 1610. ceps pernicioſa hæc eluſit confilia; si  
enim Condæus Calvinianæ ſectæ & fa-  
ctioni nomen dediſſet, non modo Reli-  
gio Catholica, ſed univerſum Franciæ  
Regnum, Rege adhuc infantे, Prin-  
cipibus discordia inter ſe ſcissis, Secta-  
riis indies numero & potentia crescen-  
tibus, atque hæreticis in Reges Catho-  
licos innato odio accenſis eo certiore  
fuifſet expositum exitio, quo periculo-  
lius ab initio non rejectis etiam ejus-  
modi factioſis confiliis, progreſſu tem-  
poris gravioreſ in Regno turbæ fuiffent  
fuscitatæ.

### §. CXXVIII.

#### *Ludovicus XIII. in Franciæ Regem Rhemis inauguatus.*

Grammont. *R*ebus in Francia ita conſtitutis de Lu-  
p. 15. l. c. dovico Henrici IV. Filio pro more  
Calmet Hist. Majorum in Regem ſolemni ritu inau-  
Univ. l. 151. gurando agebatur. Hanc in rem in-  
eunte Mense Octobri Regina Mater cum  
Filio ſuo, necnon Margarita Valesia  
Regina, aliique Regiæ ſuirpis Principes  
unacum Franciæ Paribus ac primaria  
utriusque ſexus Nobilitate Rhemos con-  
tenderunt. Die igitur decima septima  
ejusdem Mensis ſex electi Duces, qui  
novo Regi præsto eſſent, & manuum  
ſocie-

societate pares, unde *Franciae Pares* Sæc. XVII.  
dicti, se exhiberent sustinendæ coronæ. A.C. 1610.

His, aliisque Principibus, Joyosa Car-  
dinali, & quinque Episcopis stipatus  
Rex Templum adiit, atque inter festi-  
vas populi acclamations in Ecclesiæ  
foribus substitit: mox vero post peractas  
de more preces aperiuntur valvæ, in-  
troducitur Rex, atque Altari procum-  
bens, Sacramentum, quod præfatus Car-  
dinalis defuncti Rhemensis Archiepi-  
scopi vices agens, tactis Evangelii a  
Rege exigebat, dicit, pollicitus, quod  
*posthac Ecclesiæ Catholicæ Protector, hæ-  
reticos ditione sua abigere, privilegia Ec-  
clesiæ sarta tueri, legesque populis ex æ-  
quo dare velit.* Inde Calvinistis iracun-  
dia, & in tempus suum quæsita rebel-  
lio. Dicto hoc jurejurando Rex inter  
Cleri, Nobilium & populi preces en-  
sem evaginatum, sibique a Joyosa pro-  
pinatum arripit, Deoque suum exerci-  
tum dicat: infertur hic ensis Altari,  
mox autem restituitur eidem pro tuen-  
da Ecclesia, quod Primogeniti Eccle-  
siæ Filii munus est. Tum traditione  
annuli sese Rex cum subditis suis de-  
sponsat: dein sequitur more Majorum  
unctio, unctoque Regi Joyosa Cardi-  
nalis coronam Imperii Francici impo-  
nit, atque ad Solium deducit, ubi il-  
lum primo Cardinalis his verbis: *in*

*Merc. se-  
cret. part.  
13.*

N n 5

*hoc*



**Sæc. XVII.** *hoc folio confirmet te Deus salutabat, mox*  
A. C. 1610. *secuto Procerum, totiusque populi aplausu. Dein Rex in signum Gallicæ libertatis ex cavea inclusas aviculas dimisit, Sacroque solemni, deposito diademate assistens, Christi Domini Corpus ejusque Sanguinem sub utraque specie suscepit, ac demum inclinata in vesperram die eadem comitantium pompa in Regiam reversus est, ubi lineo induito, ac tunica ex Sacri chrismatis contactu sacrata exutus, altera die in Equitum Ordinem unacum Condæo Principe per Cardinalem adscribitur, hunc favorem Joyosa lubenter præfato Principi cedente. Postea Rex, ad Sancti Marculi ædem deductus, explorato a Medicis morbo, ne quis rei Sacræ illudens struam mentiretur, hac peste laborantes tangit. Demum exactis Sacris Lætiam venit.*

### §. CXXIX.

#### *Florimundi Puteani extremum supplicium.*

**Gramond.**  
*I. Hist.*  
*Franc.*

**T**urbabatur nonnihil publica hæc ac communis lætitia Florimundi Nobilis Galli ambitione ac protervia. Hic enim gente Puteanus, ac Vattani Dynasta in Salinas hucusque incognitas aliquot abhinc annis infausta prosperitate